

1753.

- * 1. Bornius : Ordinarius senior. ac ceteri collegii
juridici assessores memoriam Bornianam
- - - solenni oratione recitandam intendunt.
2. Bachius, Iu. Augustus : De lege Julia miscella
- - - ejusque usq; hotius
3. Bauer, Iohannes Gorperus, fac. iur. praemacellarius :
De landsassariis et foro amtsassiorum. Programma,
quod summos in utraque fore honores. . . Tunc
in Georgio Lebrecht W. Cke largiendos intendunt.
4. Bauerus, Ioh. Gorperus : De aestimantibus et
restituendis fructibus et de Nov. 2.
5. Bauerus, Iu. Gorperus : De primogenitora
line consensu Papaveris ordinata.
6. Bachius, Carolus Henricus : De philosophia rationali,
optima legum positivae et humanorum interpretate

1753.

7. Breuning, Christianus Henricus : De abrogatione
art. 6 Cod. Ic pab. protest.

8 Breuning, Christianus Henricus : De origine successio-
nis in causa intestati

9. Breuning, Christianus Henricus : De praestatione
errectionis iure naturali in coquita.

10. Breuning, Christianus Henricus : De fisco justo
ex hereditate communione in constituta legitima
quantitate.

11. Reischer, Christianus Fridericus : De debito speciei
moto ante traditionem concursu creditorum
praeise praestando.

12. Hommel, Ferdinand August : Pugnamus, quo
ad frequenter das theoriam juris controversi dis-
putationes publicas ... initat.

1753.

13. Hommelius, Ferdinandus Augustus: De jure
vini astuti.
14. Thuenholt, Fridericus Alexander, fac. iur. procur.
cellarius: Programma, quo promotionem in utriusque
juris doctorem . . . Christiani Friderici Flotteri
. . . : susceptiendum indicat.
15. Mylius, Gustavus Numerus: De jure Romanorum
incerto. Programma, quo exercitium dispensandum
publicum . . . : instituendum indicat.
16. Pauli, Martinus Gallus: De utilitatibus, quas
attulit philosophia ad iura et jurispruden-
tiam Romanam
17. Petermannus, Augustus Gallus: De testamentis
impudentiis.
18. Richterus, Iacques Talies: De donatione bono-
rum receptiorum ab uxore Saxonica abique
mariti consuevit speciali facta validitate.

1753.

19. Richterus, Iohannes Tabias: De dominio servienti
et praedii servientis refectionem obligato.

20. Richterus, Iohannes Tabias: Selectione iuris principia. Dfp.

21. Richterus, Iohannes Tabias: Selectione iuris principia

Dfp. 24.

22. Rorimus Augustus Flores, fac. iur. procuratoratus
Pragmannus, quo summus in iure honores ... Chri-
stianus Fridericus Wiltschko ... conferendos
indicit.

23. Rorimus, Iohanna Flores, fac. iur. procuratoratus. Pr.
gramma, quo summus in iure utroque honoris
Amperto Tranquillo Salzbergero ... erap-
rendos indicit.

24. Steiger, Arianus, fac. iur. procuratoratus: De causa
et fundamento immunitatis canonicorum, qui sunt
propterres a residentiali onere. Pragmannus, quo solen-
nia delectatio Iohannis Tabiae Siremamui ... in DFL.

1753.

25. Hugely, Christianus: De potestate arbitrii et
libtus fundatis sumandi vasallis concedenda.
26. Wilke, Iacobus Georgius: De legitima Alberti I
in Ann. regem electione
27. Windler, Fr. Henricus: Unde vim elasticum
ad piscatione aqua rarescens? Regamus quo
ad panegyris baccalaureorum invitati.
28. Ficentzky, Fr. Jacobus: De obligatione fœderum.
29. Joller, Fredericus Gottlieb: De diverso prescriptio-
nis juris ciuilis effectu.

1748.
1753.1

MEMORIAM BORNIANAM

I N
AVDITORIO ICTORVM
SOLEMNI ORATIONE

DIE XIII. IVNII CICOCCLIII
RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR AC CETERI COLLEGII
IVRIDICI ASSESSORES

M E M O R I A
B O R N I A N A

I I

A B H I T U D I O T O T O R I A
S O N N I I O R A T I O N E
D I E X U T I A N I C S I D E R I I
R E C O L T I N D A M
I N D I C A N T
G R D I N V R I A S
E T I O R A C C S T E R I C O L F F E G I
H K D I E R A S S E S S O R E S



uandoquidem quis eius, quod iureiurando confirmare debebat, probationem subit, ad liberationem a praestatione iuramenti consequendam, conscientiam defendere dicitur, eaque probatio defensio conscientiae, aut probatio pro exoneranda conscientia appellari solet. Qua sicuti pleraque iuramenta legalia, veluti iuramentum minorationis, iuramentum in item, iusiurandum, quo instrumentum nouiter repertum asseueratur, nec non specificatio haereditatis, fructuumue perceptorum, corroboratur, purgatorium quoque, declinari possunt,
MENCKEN Proc. iur. commun. et Saxon. Elect. Tit. XIX. §. 2.
GRIBNER Princ. Proc. iudic. L. I. c. 4. Sect. 3. §. 2. ita probatione ista gaudet, cui iusiurandum a parte aduersa in iudicio, comprobante iudice, delatum est, ut ab onere illud praestandi, vel referendi sit immunis. Tacemus plurium Germaniae pro-

III

vinciarum constitutiones singulares, hac de re prolatas, quales
 citant MARTINI ad Proc. Tit. XIX. §. 1. n. 2. 4. PUFEN-
 DORF introd. in Proc. ciu. Luneburg. c. V. §. 22. HASEN d.
 Proc. Iudicar. Prouinc. Brunsvico-Luneburg. c. XVII. §. 13. certo
 certius est, in his terris probationis istius usum ab Electore Sa-
 xoniae, AVGVSTO, adprobatum, nonnullasque ea de re con-
 trouersias sublatas esse P. I. C. 12. et 14. Neque hanc probatio-
 nis speciem reprobavit Elector Saxoniae, IOHANNES GEOR-
 GIVS I. sed plenius definitius in O. P. S. tit. XIX. Ad que-
 stiones postea ventilatas, an iusurandum deferenti interrogato-
 ria, quae causam concernunt, et reprobatio permittenda sint?
 sanctione negatiua respondit Diuus IOHANNES GEORGIVS II.
Dec. El. Sax. XIX. Et licet dein, ob varias de abuso huius pro-
 bationis querelas, nonnulli omnimodam eius ususq[ue]nt abrogatio-
 nem, *vid. DN. DE BERGER E. D. F. ad Tit. XIX. obs. I.*
p. m. 600. GRIBNER d. probat. quae iurisiurand. declinand. caus.
fuscip. ambag. recidend. §. II. praeualuit tamen sententia, ob abu-
 sum non omnem tollendum esse usum, sed licentiam abutendi
 coercendam, ac inutiles ambages recidendas esse. Quod salu-
 berrime praestitit Diuus Rex et Elector FRIDRICVS AVGV-
 STVS in Ordin. Proc. Sax. Recogn. ad Tit. I. §. 6. Tit. XIX. et
 Tit. XXXII. An vero probatio, qua necessitas iuramentum
 delatum praestandi, vel referendi declinatur, iuri conueniat com-
 muni? controuersia est quaestio. Quam etsi affirment FRANTZK.
 ad tit. de iure iur. n. 119. RAVCHBAR L. I. qu. 3. n. 19. BER-
 LICH P. I. concl. 32. n. 22. CARPOV P. I. C. 14. d. 14. BRVN-
 NEM. Proc. Ciuit. c. XXIII. n. 14. nec non ad l. 30. ff. d. iure iur.
 n. 10. 11. et ad l. 9. C. d. reb. cred. n. 20. 21. STRYK Introd. ad
 Prax. for. c. XX. §. 8. MARTINI ad Proc. Tit. XIX. n. 5. seq.

ZIEG-



ZIEGLER Comment. ad Proc. Saxon. Ordinat. tit. XIX. verb.
Soll ihm solches nachgelassen seyn. VOET. ad Pand. L. XII. tit. 2.
 §. 15. DN. DE BERGER Oecon. Iur. Lib. IV. tit. 25. §. 7. not. 1.
 KRAVSE tract. Synopt. Proc. Iudic. L. I. c. 4. Sect. 3. §. 1. LV-
 DOVICI Einleit. zum Civil Proc. C. XIX. §. 29. SEYFART
teutscher Reichs-Proc. c. XV. §. 23. cum pluribus aliis: attamen
 negant PERETZ Prael. ad Cod. L. IV. tit. 1. n. 22. DVARE-
 NVS ad Lib. XXII. tit. 2 ff. de iureiurand. cap. 6. et ad Lib. IV.
 tit. 1. C. eod. cap. 3. verb: *si is cui defertur iuriurandum.*
 SETSER d. iuram. Lib. IV. c. 3. n. 12. seq. MENCKEN
 tit. XIX. §. 1. GRIBNER d. l. §. 1. not. b. et Princip. Proc.
 Iudic. L. I. c. 4. S. 3. §. 1. a quorum castris non alieni videntur
 BORN Disp. I. ad uniuers. ius iudic. commun. et Saxon. th. 57.
 lit. b. et GERARD NOODT Tom. II. Oper. ad tit. ff. de iureiur.
 verb: *tertium editi caput. p. m. 230.* Nihilominus af-
 firmantes, nostro iudicio, prae negantibus adplausum merentur,
 dummodo obserues, alios in probanda thesi sua, quasi indubia,
 vel nullam, vel leuem posuisse operam, alios vero argumentis
 vti parum commendabilibus. Quapropter controuersiam istam
 paulo accuratori animi lance dirimere iuuat.

Neutiquam prouocandum est ad l. 30. pr. de iureiur. vbi
 agitur de eo, qui iuravit aliquid sibi deberi, in specie, qua
 actio inficiando crescit; isque simpli, non dupli persecutionem
 sibi adquirere dicitur, quia sufficit, petitorem probandi necessitate
 exonerari, et in eiusmodi iudicio non principalis causa exer-
 citetur, sed iuriurandum actoris conseruatur. Etenim adparet, agi
 de exoneratione probationis per iuramentum, minime de exone-
 ratione conscientiae per probationem. Multo minus prouocare
 licet ad l. vlt. C. de reb. credit. et iureiur. qua de legatario et

VI

fideicommissario agitur, qui iuramento suo afferuit, in testamento, forte non adparente, legatum vel fideicommissum sibi relictum esse, et eo ipso legati vel fideicommissi praestationem est consecutus: non agitur de iuramento per probationes declinando; quippe quam decisionem ne per somnium quis ex d.l. elicit. Denique improbamus prouocationem ad l. 71. d.R. V. quae, qui contra dolo possidere desinentem, ad contumaciam illius coercendam, pretium rei controuerse per iuramentum in item aestimare valet, licentia conceditur fauori suo renuntiandi, et petendi a iudice, vt ipse, quanti res est, determinet, reumque condemnet. Etsi enim hac ratione actor a necessitate iurandi liberetur, non tamen in huius locum succedit probatio, sed aestimatio arbitrio iudicis relieta. Interim non est nullius momenti argumentum, quod praebet l. 8. pr. d. condit. institut. Vti enim praetor consultissime interuenit, praecipiens, eum, cui *sub iurisiurandi conditione* quid relictum est in testamento, ita capere, vt capiunt hi, quibus nulla talis iurisiurandi conditio inseritur, quia faciles sunt nonnulli hominum ad iurandum contemptu religionis, alii perquam timidi metu Diuini Numinis usque ad superstitionem, ne vel hi, vel illi, aut consequentur, aut perderent, quod relictum est, d. l. 8. pr. ita praetor consultissime interuenire voluisse praesumendum est, eum, cui iuriurandum desertur, ad probationem illius, quod iurandum est, admittens, ne, qui perquam timidus metu Diuini Numinis usque ad superstitionem, aut, secundum effatum Imperatoris in l. 21. C. d. fid. instrument. subtili tentus reverentia, verum sacramentum praestare detrectat, et homini ad iurandum contemptu religionis faciliter iuramentum refert, perdat, quod suum est, iurans vero et periurium committens iniustum consequatur lucrum.

Quum-

Quumque hoc argumento non utamur solo, sed aliae rationes praegnantes accendant, idem eo maiores accipit vires. Nimirum quamvis actori probationis loco potestas iuramentum defendi competit: non tamen ipsi competit potestas reo beneficium reprobationis auferendi. In reprobatione vero non solum exceptiones *l. 19. pr. d. probat.* *l. 9. C. d. except.* verum etiam, quae actoris assertis sunt contraria, reo licet deducere. *l. 23. C. d. probat.* M E N C K E N ad Process. Tit. XXI. §. 1. seq. Utque posterius defendendo conscientiam fieri possit, ipsa iuris civilis ratio potius exigit, quam prohibet. vid. *l. 41. d. R. I.* Nam probatio pro exoneranda conscientia, inspecta rei veritate, nihil aliud est, quam reprobatio, probationi per iuramenti delationem intentatae, opposita. Quo in primis gaudet fundamento doctrina, etiam in Saxonia Electorali quondam adprobata, et demum per Ord. Proc. Sax. Rec. ad Tit. XIX. §. 1. reiecta, non denegandum esse regressum ad praestationem iuramenti delati, quamvis reus conscientiam non defenderit. Dum enim, quod conscientiae suae commissum erat, reus non fatetur, sed iure iurando diffiteri paratus est, actor fundamentum suae intentionis non probat; actore vero non probante, reus, et si nihil praestiterit, est absoluendus. *l. 4. C. d. Edend.* *l. 2. C. d. probat.* Quae de conscientiae defensione adstruximus, quando actor reo iuramentum defert, non minus procedunt, sicubi reus super exceptionibus iuramentum defert actori. Nam et si, item negative contestatus, exceptiones in reprobatione deducat, verum tamen excipiendo fit actor *l. 1. d. except. iunct. d. l. 9. C. Eod.* vnde parti aduersae, iam rei vices gerenti, contrarii probatio permissa sit, necesse est, quae iure civili etiam post reprobationem a reo suscepit locum habet, cum, quia ius Romanum certum fa-

tale

VIII

tale probationi peragendae non praescripsit, potius testes tribus vicibus, quin certa ratione adhuc quarta vice producere permittit, *Nou. XC. c. 4.* tum, quia reo, donec sententia fera tur, exceptiones obiicere licet *l. 8. C. d. except.* contra quas actori reprobatio denegari nequit. *MENCKEN ad Proc. Tit. XXI. §. 5.* Quorundam ergo te vertas, obseruabis, defensionem conscientiae esse speciem reprobationis. Quod vnicum argumentum sufficere arbitramur, ad sententiam, quam defendimus, probandam, miramurque, id nemini de illis, qui vel affirmant, vel negant, in mentem venisse. Neque tamen insuper habenda sunt alia, quibus affirmantes uti solent, argumenta. Sic, quia reo denegandum non est, quod permittitur actori *l. 41. d. R. I.* non inaniter aliqui concludunt, eadem ratione arbitrio rei relinquendum esse, an iuramentum actori referre, an sententiam narratis actoris contrariam probare malit, qua ratione ab initio in arbitrio fuit actoris, aut probare negata a reo, aut illa conscientiae rei committere. Neque sine ratione prouocant porro ad *l. 14. §. 3. C. d. non numer. pecun.* qua illi, cui exceptionem non numeratae pecuniae opponendo onus probandi numerationem in aduersarium deuoluere non licet, probatio non factae numerationis mediante iurisurandi delatione denegatur: certe non alia de caussa, quam, quia instrumentum, confessionem numerationis continens, iurare iussum exonerat probatione. Non satisfacit *DVAREN* locis supra citatis, aliorumque sequacium replicatio, ideo non audiri reum, obiicientem, sibi pecuniam non esse numeratam, et probationis loco iurisurandum offerentem, quia haec exceptio vel ab initio, vel post taxatum tempus non admittitur *d. l. 14. §. 3.* inde mirum non esse, si creditor non cogatur iurare de eo, quod illa exceptione continetur. Non quidem

quidem penitus discutere vacat quæstionem satis controversam, an debitor, exceptionem pecuniae non numeratae post biennium opponens, secundum ius ciuile audiendus sit, si onus probandi in se suscipiat? Quam sicuti data negant opera VINNIUS
S. I. Q. L. I. c. 41. WISSENBACH ad Cod. *L. IV.* th. 30. l. 14.
pr. d. non numer. pec. p. m. 662. DN. DE BERGER E. D. F.
Tit. XI. Obs. 4. L. B. DE WERNHER P. I. *Obs. 6.* ita solidioribus, ut opinamur, rationibus vñsi affirmant voet. ad Pand.
L. XII. t. 1. §. 33. PEREZ ad Cod. *d. tit. d. non numer. pec. n.*
15. seq. TITIVS *d. putat. contr. literal.* §. *XLII. seqq.* MENCKEN *Contr. iur. ciu. Disp. IV.* th. *16.* HOPPE ad Inst. *L. III.*
tit. 22. verb. vltra biennii metas. cum aliis plerisque; quos
pronuntiando fecuti sumus, teste MENCKEN theor. et prax.
Pand. *L. XII. tit. 1. §. 12.* Ad minimum *d. l. 14. §. 3.* C. *d. non numer. pec.* non leue praebet argumentum, Imperatorem reliquas
non factae numerationis admittere probationes, dum non nisi
iusiurandi prohibet delationem. Quam nisi praeferas interpre-
tationem, quae verbis strictim inhaeret, et legibus Codicis
ius nouum continentibus, iurique veteri derogantibus, imprimis
conuenit, consequitur, Imperatoris admonitionem de iurei-
rando non admittendo inanem fuisse. Nam si reus soluere co-
gitur, neque post biennium audiendus est, etiamsi plenissimam
probationem, se pecuniam non accepisse, offerat, frustra inqui-
ritur, quonam probandi genere in eiusmodi visione vti, vel
non vti licet. Quum igitur certo sit certius, Imperatorem fa-
cultatem iusiurandum deferendi prohibuisse quidem, sed quoad
reliquos probandi modos a dispositione iuris veteris non rece-
fisse, procul dubio vñica improbatæ iusiurandi delationis ra-
tio restat, quod chirographum, postquam debitor per biennium

X

tacuit, numerationem aduersus ipsum probet, siveque creditoris conscientiam defendat. Etsi quoque verbis expressis defensionem conscientiae, sive probationem ad conscientiam exonerandam non adprobet ius ciuile: sufficit tamen, dicta a nobis fatis superque euincere, quod iuris civilis sententia eam adprobet. Quam sententiam non reddunt dubiam argumenta dissentientium, tam ex l. 34. §. 6. 7. et l. 38. d. iureiur. quam a praetensa quadam aequitate diducta. Evidem P A V L V S in modo dicta l. 38. d. iureiur. ait: *Manifestae turpitudinis et confessionis est, nolle nec iurare, nec iusjurandum referre.* Quocum conspirat V L P I A N V S in d. l. 34. §. 6. et 7. ibi: ait Praetor: *Eum, a quo iusjurandum petetur, soluere, aut iurare cogam.* Alterum itaque eligat reus: aut soluat, aut iuret, si non iurat, soluere congregendus erit a Praetore. Datur autem et alia facultas reo, ut, si malit, referat iusjurandum. Quemadmodum vero plures adprobant caussas ius Romanum, propter quas delatum iusjurandum neque fuscipiendum, neque referendum, veluti, si deferens de calunnia iurare nolit l. 34. §. 4. d. iureiur. si delatum ab eo, qui non habet ius deferendi l. 35. §. 1. Eod. vel ei, cui leges deferrit vetant d. l. 34. §. 2. vel non ea forma, quam iura moresque boni probant d. l. 34. §. 5. vel in iudicio deferatur ei, qui in illo loco forum competens non sortitur, nec iudicium fuscipere cogitur d. l. 35. §. fin. vel is, qui detulit iusjurandum, id renocauerit, ac rufus deferre velit l. 11. C. de reb. credit. ita dubitandum non est, leges Romanas perinde adprobasse istum, tam praeftationem iurisiurandi delati, quam eius relationem refusandi modum, quando iurare iussus illius, quod iurandum est, probationem offert; quantumuis peculiaris de hac specie tractatio, quae ob rationes, quas supra attulimus, otiosa et supervacanea

vacanea videbatur, non occurrat. Etiamsi demus, quod dandum non est, assertionem nostram non certi iuris, sed dubii ac controuersi esse, ita, ut tali casu, quid aequius utiliusque sit, spectari, eiusque definitio arbitrio iudicis relinquи debeat, quo argumento in primis vtitur DVARENSIS, grauissimus aduersae doctrinae propugnator: attamen aequius est et utilius, vt, ad fauorem actoris promouendum, conditio rei non fiat deterior. Nam reprobationis fauor reo perinde concedendus est, atque fauore probationis gaudet actor.. Non vrgeas cum DVARENO, aequius esse et utilius, vt actor molestia litis quamprimum defungatur, qui causae decisionem conscientiae rei committit, illique, tanquam iudici, se submittit. Haec enim submissio cum maxima iniuria est coniuncta, simulac reus metu Diuini Numinis verum sacramentum praestare recusat, illudque actori ad iurandum contemtu religionis facili referre coactus, perdit, quod suum est, iurans vero et perjurium committens iniustum consequitur lucrum. Vti ergo defensio conscientiae per probationem rationi iuris Romani quam maxime conuenit: ita ius Canonicum, quod Germaniae fora, quoad modum procedendi in iudicio, prae iure Romano obseruant, potius conspirat, quam abhorret. Ait Pontifex in c. 2. X. d. probat. tunc demum ad sacramentum recurrendum esse, cum aliae legitimae probationes deesse noscuntur. Nam delatio iurisiurandi est modus probandi subsidiarius, quod abunde probant l. 35. pr. ibi: omnibus probationibus aliis deficientibus. ff. d. iureiur. l. u. C. d. reb. cred. et iureiur. ibi: cum desperauit aliam probationem. frustra vero negat GRIENER d. probat. quae iurisiur. declin. cauf. fuscip. §. I. not b. Qui sicuti frustra iusiurandum, quod iudex defert, vnice modum

XII

probandi subsidiarium venditat: ita frustra est DVARENVS, qui dicit. cap. 2. X. d. probat. accipit de eo, qui iam probavit, quod intendebat, de eo vero, qui nondum probauit, sed probare paratus est, accipere renuit. Quin imo verborum series alteri non minus, atque alteri, conuenit speciei.

Nunc aliam sistimus probationem. Scilicet gratum testaturus est animum Ordinarii filius, HENRICVS GODOFREDVS BAYER, Lipsiensis, ob stipendum sibi beneuole collatum, praecipue memoriam illustrium BORNORVM, qui idem fundauerunt, oratione, *de Romanis bello clarioribus, quam pacis artibus*, futuro die XIII. Iun. hor. VIII. in auditorio nostro habenda, qua pars est animi demissione, recolet. Quem actum ut RECTOR MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, vtriusque reipublicae Proceres, generosi nobilissimi que Academiae ciues honorifica ac frequenti beare praesentia ne dedignentur, rogamus. Dab. d. VIII. Iun. CIO IO CCLIII

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA



Leipzig, Diss., 1753

X 2373094


ULB Halle
007 231 946

3



17492

1753,1



MEMORIAM
BORNIANAM
IN
AVDITORIO ICTORVM
SOLEMNI ORATIONE
DIE XIII. IVNII CCCLXIII
RECOLENDAM
INDICVNT
ORDINARIUS
ENIOR AC CETERI COLLEGII
IVRIDICI ASSESSORES